



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXVII. Sutrina Aquæ. Quando Dominus fundi, in quo aqua nascitur possit illam à consueto cursu divertere in præjudicium vicinorum. Et de officio Judicis competente pro concessione usus aquæ, vel ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

valet juxta text. expressum in l. 1. §. illud labeo ff. de aqua quodid. & astiva, & firmant Bart. in l. 2. ff. de fluminibus n. 25. Dec. conf. 243. num. 3. & 7. bene Honded. conf. 79. num. 19. lib. 1. Theaur. dec. 245. num. 2. de Marin. resol. 16. num. 8. lib. 1. Ciriac. controu. 310. num. 140. & seqq. Greg. dec. 133. num. 5. ubi adden. num. 7. Inanis enim fuisset jam acta controversia, quam cum magno labore & sumptu per tres conformes terminare opus fuit super privato Domino dicti fossati alijs usibus iutili, nisi exinde hic effectus resuleret, quod aquam in illud egredientem utpotè effecta de dominio ejus, cujus est fossatum, possit Dominus suo libito alijs usibus sibi proficuis, ita ut cesset objectum emulationis applicare; Quodq; sententiæ latæ super aquarum usu satis attendendæ sint, habeatur in specie apud Ciriac. controu. 311. n. 8.

Et quamvis opponeretur de antiqua consuetudine, per quam aqua ex dicto fossato in inferiora prædia decurrere solita est, facilis tamen erat replicatio, quod nisi per oppositores doceretur dictum cursum fuisse jure servitutis, ille naturalis, & jure facultatis nullum jus tribuit ad text. in l. Proculus ff. de damno infecto cum concordant. per Theaur. dicta dec. 245. num. 3. & 4. de Marin. dicta resol. 16. Ciriac. dicta controu. 310. num. 156. Ros. dec. 164. num. 1. par. 2. divers. Meleuitana de usus aquarum 31. Januarij. 1656. Melio, & habetur in alijs hoc tit. sapius deducitur.

Pro servitute allegabatur existentia cujusdam ponticelli, quem tanquam opus manufactum illam ostendere dicebatur sed adhuc facilis erat replicatio, Tum quia in facto, ex hac parte dicebatur ponticellum prædictum constructum esse in via publica ad effectum recipiendi aquas ab eadem via fluentes & sic ad diversum effectum, Tum quia ut opus manufactum servitutem inducat, opus est ut per Dominum fundi inferioris servitutem, prætendentem illud constructum, vel resectum, & conservatum doceatur in fundo superiori, in quo servitus quæsitæ prætenditur, efficacem præsumptionem exinde resultantem, non esse scilicet verisimile, quod Dominus fundi superiori permisisset ab alio in ejus bonis dicti operis constructionem vel resectionem fieri, nisi jus servitutis adesset, ut disc. præced. quæ ratione cessante, nulla subest ratio, quæ suadeat, ut ex opere manufacto in partibus inferioribus pro cursu aquæ, postquam è prædio superiori egressa est, deduci possit servitus, quia nihil interest Domino fundi superioris, postquam aqua de isto egressa fuit per inferiores vicinos diverti, vel cum cursu naturali vel cum opere manufacto.

Cum sensu tamen veritatis dixi, & decisionem pendere ab inspectione & qualitate loci, & frequentia cannetorum, seu prædiorum, quibus aquæ usus omnino sit necessarius, Si enim prædiorum qualitas talis est, quod generaliter in ea contrata ad dictos usus cum hujus aquæ præsupposito constructa sint, ita ut non de unius vel duorum privatorum tantum præjudicio ageretur, sed plurium in ea contrata bona possidentium, præteritæ observantiæ satis deferendum est.

Neque cum præmissis rigorosis conclusionibus procedendum est, cum illa rectè locum sibi vendicent, quoties, agitur de privata præscriptione, quæ in jure reputatur odiosa, secus autem ubi de consuetudine reputata favorabili; Hæc enim est nota differentia inter consuetudinem & præscriptionem ex collectis per adden. dec. 20. par. 3. recent. num. 1. & seqq. quod ista respicit solum jus seu in-

teresse privatum, illa verò jus publicum, quale in proposito dicendum venit non solum illud, quod concernit universum populum seu Communitatem, sed etiam ubi concernit interesse alicujus vicinæ seu contratæ, quia & illa dicitur Universitas tanquam plurium personarum collectio. Credo tamen controversiam cum honesto amicabili temperamento sopitam esse.

## SUTRINA AQUAE

P R O

## DAMASO PETRVCIO

Casus disputatus coram. A. C.

Quando Dominus fundi, in quo aqua nascitur possit illam à consueto cursu divertere in præjudicium vicinorum.

Et de officio judicis competente pro concessione usus aquæ, vel alterius servitutis etiam invito Domino.

S V M M A R I V M.

- 1 Acti series.
- 2 Quando opus manufactum inducat usum aquæ jure servitutis, & quomodo effectum operetur.
- 3 In his materijs non datur extensio de re ad rem.
- 4 De servitute necessaria, quam quis oblato pretio pari debet in re sibi superflua & alteri necessaria.
- 5 Quando disputatur de servitute, qua ubi etiam acquisita non esset, adhuc oblato pretio præstari deberet licet pendente, imratæ provisio pro ejus usu.

**I**N prædio Catherinæ, duobus existentibus fontibus seu aquæ cursibus, Vno scilicet in fine versus quoddam fossatum in notabili quantitate unciarum circiter 30. Altero verò in parte superiori modicæ quantitatis unius circiter uncia, ista minor retroactio tempore naturali cursu fluere consuevit in dictum fossatum seu aquam majorem, quæ tota decurrens ad fundum inferiorem alterius vicini, pro usu ferreriæ istius deservit; Cum autem Damasus aqua pro usu ejus prædij seu vicinæ officinæ indigeret, atque à præfata Catherina concessionem dicti parvi fontis superioris obtinisset, ei dictam aquam ad suum prædium vel usum divertere volenti, se opposuit alter, qui totius seu utriusque aquæ prædictæ usu huc usque potitus est.

Hinc oræ controversia coram A. C. atque admiffa hinc inde juris theoria, tamen circa regulam divertere volenti assistentem, quam circa limitationem ex opere manufacto ad servitutis probationem resultantem, cum in fine dicti fossati adesset opus manufactum cujusdam muri à præfato vicino in dicto prædio constructi & refici consueti, unde propterea utrumque servitutis requisitum concurrerebat, Hinc punctus difficultatis restringebatur ad applicationem, quam pro Damaso scribens, in præfata cum justitiæ fundamento cessare dicebam, Opus etenim manufactum percutit alveum alterius aquæ

aqua majoris, ne illa deflueret in proximam vallem; unde inutilis fieret ei, qui dictum opus construxit, ideoque respiciebat solum dictam alteram aquam, cujus cursus ex dicta circumstantia non negabatur jure servitutis, Verum hoc non fluebat ad servitutem alterius fontis superioris, cujus aqua naturali cursu fluere consuevit in dictam aquam majorem, eo modo quo flumina parva intrant in magnum, seu omnes fontes intrant in flumen; Ut enim opus manufactum servitutem probet seu inducat, justificandum est quod in ipsa met parva aqua fontis superioris, de qua erat questio factum esset, cum in hac materia ex possessione unius aquae non inferatur ad aliam, neque de facili detur extensio ex deductis in *Carpentoraten. aquarum*, in *Bonon. disc. 25. & 29. & in alijs hoc tit.* Stant enim bene simul, quod quis sit Dominus fluminis seu fossati inferioris, in quod plures fontium rivuli naturali cursu derivant, & tamen, quod non per hoc jus Domini vel servitutis habeat in dictis fontibus vel rivulis, utpote diversis, nisi quoties, ageretur de notabili praedictio usus publici, quia nempe ita ex deviatione fontium seu rivulorum impedita remaneret navigatio, seu cessaret alter usus publicam concernens utilitatem, atque hanc dicebam in proposita facti specie videri veritatem.

Sed quando etiam ex diversis facti circumstantiis contrarium dicendum esset, adhuc tamen cum hac parva aqua usui dicti vicini se opponentis necessaria non esset, cum altera major exuberaret; Econverso autem praedicto Damaso satis utilis quoniam necessaria esset, dicebam recte intrare officium judicis pro illius concessione soluto pretio ex deductis per *Theaur. dec. 245. num. 7. & Ciriac. controv. 310. num. 162.* Et ideo dum etiam in casu victoriae oppositoris, hujus aquae usus negari non poterat, ita ut litis effectus tantum esset, an oppositori aliquid solvi deberet, nec ne, Idcirco interim negari non poterat per modum sententiae seu decreti provisionalis, manutentio dicto Damaso in continuatione usus, facta per ipsum obligatione, de solvendo pretium, quatenus ita iudicari contingat, prout practicum fuit per Tribunal Camerae in *Sabinen. via seu transitus inter Principes Burghesium & Barberinum, de qua sub tit. de Regalibus disc. 136.* quia cum controversum esset, an via esset publica vel privata, sive tamen uno, sive altero modo, pro usu transportationis lignorum aliorumque bonorum per flumen ad Urbem, transitus impediri non posset, solumque controversiae effectus consisteret in solutione damni resultantis ex occupatione territorij, Camera per modum provisionis mandavit continuationem transitus, facta per Burghesium dicta obligatione, quod tamen negatum fuit per

Rotam in una Romana aqua coram Taja, in qua causa non scribebam.

\* \* \*

\* \*

## ROSSANEN. VSVS AQVAE

PRO

ABBATE MARCO ANTONIO  
PERRONO ET CONSORTIBVS.

CVM

MVTIO PALAPOLO

Causa benevole discussa & concordata.

De divisione usus aquae fluminis per tempora & centratas inter possidentes praedia adiacentia, Et an hic modus immutari valeat.

SYMMARIVM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 De divisione usus aquae aestiva & hyemalis.
- 3 Servanda est consuetudo.
- 4 Pro manutentione: possessoris sufficit, sic anno praecedenti usum esse.
- 5 Datur distinctio super conclusionem decursus aquae jure facultatis, vel jure servitutis.
- 6 De differentia inter consuetudinem & praescriptionem.
- 7 Consuetudo immemorabilis in materia aquarum habet vim concessionis.
- 8 Dominus aquae non potest facere secundam concessionem in praedictum ejus, cui primo facta est.

DISC. XXVIII.

**P** Rope Civitatem Rossani quidam decurrit fluvius seu rivus, *Celatus* nuncupatus, cujus aquae hyberno tempore deferviunt pro usu publico molendinorum existentium a latere sinistro, aestivo autem quando in totum pene exsiccat, ita ut quamdam parvam habeat aquam ex vicino fonte derivantem usui molendinorum incongruam, defervit pro irrigandis hortis a latere dextero existentibus, atque ita antiquitus servavit usus, quem violare volens *Palopolis* habens a latere sinistro quoddam praedium in quo hortum facere statuerat, obtinuit a Barone quamdam concessionem, cujus vigore fretus aquam aestivo tempore divertere coepit, cum gravi praedictio Perroni & aliorum hortos & praedia a latere dextero habentium, unde recurrentibus istis ad eundem Baronem in Urbe existentem Innocentij X. tunc Regnantis nepotem, cujus potestatem tunc incongruum erat convertere, ab isto obtinuerunt committi insigni Iurisconsulto *Andossile*, ut extrajudicialiter & benevole partibus auditis, quid de jure sentiret, referret.

Coram quo pro Perrono & alijs scribens, dicebam istis juris regulam assistere super observantia dictae